



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Donationibus. Tit. XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

De Donationibus.

TIT. XXIV.

SVMMARIVM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Donationis materiam qui tractent, citantur.
- 3 Donatio dicta est a dono quasi doni datio.
- 4 Donatio quomodo definitur, ostenditur, & n. 5.

DE HANC RUBR. SCRIPSERUNT ZABAR. Ioan. Andr. Barbat. Imol. Anan. Guid. Papa. Butr. Anchast. Panorm. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici fol. 101. verso, Ioan. de Londcis in breuiario sanctorum Canon. fol. 174. Petr. de Rauen. in compend. iuris Canon. Martin. Melnat. in epitome Decretal. fol. 115. Dan. Venator in analysi method. iuris Pontif. a pag. 443. Goffred. & Hostient. in summa huius tit. Alex. Callan. & Analtas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. & vol. 4. repet. in iure Canon. ad lib. 3. Decret. Ioan. Calderin. nunc Barthol. Carthag. in expetit. tit. iuris Canonici, sub hac rubr.

De materia huius tituli agunt Clar. §. donatio, Vin. Socr. & alij tom. 2. communium opinion. lib. 8. tit. 32. Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de donationib. Alexand. Tremacing. var. resol. lib. 3. sub hoc tit. Rendin. recept. sent. tom. 1. tit. 32. Cardin. Mantie. de tacitis, & ambiguis consent. lib. 13. tit. 34. Molin. de insti. tit. 2. disp. 277. cap. segg. Less. cod. tract. lib. 2. c. 18. Rebell. de obligat. iustitie, p. 2. lib. 18.

Donationibus.] Donatio dicta est a dono quasi doni datio, vt probat text. in l. senatus 35. §. 1. ff. de donat. causa mort. notant Clar. §. donatio, q. 1. in princ. Molin. de insti. tom. 2. disp. 273. & ita solum habet locum quando datio ex liberalitate procedit, tunc enim solum datum rationem habet boni. Definitur verò secundum Host. in sum. tit. de donat. vt sit rei licite nullo iure cogente ex mera liberalitate facta collatio, sequitur Alberic. in rub. de donat. post alios Abb. in presenti, n. 1. Doctores communiter ex Hippol. in rub. 2. c. 18. Insti. hoc tit. pro qua definitione faciunt text. in l. donari 29. ff. de donat. l. donari 8. ff. de regul. iuris, l. minus 21. §. dona. ff. de verb. signif. Verum hanc definitio non est admittenda, comprehendit namque contractum mutui, commodati, & precarij, in quibus nullo iure cogente ex mera liberalitate fit collatio, vnde cum alijs à definito competat non est bona, iuxta l. 1. ff. de dolo, & colligitur ex his, que scribit Bart. in l. 1. ff. de testam. Cognol. in l. omnis definitio, ff. de reg. iuris. Alij definiunt vt sit datio liberalis, seu vt alij dicunt, actio irreducibilis, & per dationem intelligitur actio donantis sufficiens natura sua ad dominium transferendum, & verbum liberalis, excludit omnem donationem, que habet rationem solutionis debiti, vel permutationis, que liberalis non est, sicut verbum, irreducibilis, excludit omnem commutationem pro re alia, que retribuator, ita deducitur ex D. Thom. in 1. dist. 18. q. 1. & 2. & ex Aristot. in 4. ethicor. c. 2. Sylvest. & Summis verbis donatio in princ. Molin. vbi supr. Less. de insti. lib. 2. c. 18. dub. 1. n. 11. cum duobus segg. Sed neque hæc definitio placet, quia ad hoc vt illa exacta sit, debet constare genere, & differentia, vt est receptum, & tradunt Doctores in l. 1. ff. de dolo, & in d. l. omnis definitio, Dec. in rub. de probat. Nau. de spoliis Cleric. §. 1. n. 2. Planè in prædicta definitione non

datur genus, quia illud verbum, datio, magis ad differentiam, quam ad genus referri potest, solum namque conuenit illis contractibus, in quibus necessarium est, vt dominium transferatur, qui enim tenetur dare ad dominium transferendum, regulariter compellitur, iuxta §. sic itaque, Insti. de actionib. l. vbi autem 25. §. fin. ff. de verb. oblig. Notant Doct. in l. fin. C. de condit. causa data, Conan. lib. 7. c. 15. n. 3. ad fin. citatis ab Alphan. collect. 23. quamvis aliquando verbum, dare, soleat accipi pro simplici traditione, vel possessionis translatione, id enim, & partibus non satis peritis fieri solet, iuxta l. non aliter 69. §. 1. ff. de leg. 1. imo & à Doct. tribus passim fit, vt aduertit Pinel. in rubr. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 2. n. 7. & c. 3. n. 14. quinimo & à Inreconsultis, vt in l. indebiti 15. §. 1. ff. de condit. indeb. l. 1. vbi gloss. ff. de positi, l. 4. ff. de usur. eleganter Paul. & Ias. in l. nemo rem suam, ff. de verb. oblig. & sic cum verbum, datio, potius sit differentia quam genus, non est ad nostram distinctionem accommodata.

Definitur igitur melius donatio vt sit concessio alienius rei non prohibita, animo dominium irrevocabiliter transferendi ex mera liberalitate facta. Ponitur loco generis concessio, omnibus contractibus communis, & prædicatur de pluribus, que damnationes non sint, vt patet in commodato, precario, emphyteusi, locatione, & similibus, in quibus res etiam conceditur, item potest applicari donationibus causa mortis, quæ tamen proprie donationes non sunt, & tandem quod verbum concessio, donationibus recte potest accommodari, probant text. in l. donari 29. & d. l. donari 8. aduertit Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. casu 88. n. 31. Bald. in l. cum virum, C. de fideicom. Felin. cons. 27. n. 2. cum duobus segg. & innat text. vbi gloss. vlt. & Bald. notarunt in l. uxori 33. §. uxori, in princ. & §. cum Seius, ff. de legat. 3. Reliquæ particulæ adiunguntur loco differentiarum, per quas donatio ab alijs dispositionibus essentialiter distinguitur. Adieci, alicuius rei non prohibita, quia frustra fiet donatio de rebus quas leges prohibent donari, iuxta reg. l. non dubium, C. de legib. & l. nemo potest, ff. de reg. iuris. Dixi, animo dominium transferendi, vt excludantur reliqui contractus gratuiti, vt commodatum, & similes, in quibus dominium non transferatur, item & donatio causa mortis, quæ per reconvalescentiam renouatur, l. si filium ff. de donat. causa mort. l. 1. ff. de donat. Tandem adieci, ex mera liberalitate facta, vt excluderem contractus onerosos, veluti locationem, venditionem, & similes ex utraque parte respectuos, item alios, qui magis ad aliquod debitum solvendum, quam ad puram liberalitatem exercendam ordinantur, quæ definitio aperte colligitur ex l. 1. ff. de donat.

SVMMARIVM.

- 1 Liberalis in donando existimare debet se debere quod donat.
- 2 Liberalitas conuenit nobilibus.
- 3 Princeps debet esse liberalis, & seruicia sibi impensa persolvere.
- 4 Principi magis conuenit quam alijs reddere plusquam accepit.

CAP. Prudentes. I. Greg.

Nobilium est existimare se debere quod sponte tribuant, & nisi in beneficiis crescant, nihil se præstitisse putent. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Henric. Panorm. Barbat. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 206. Alagona in compend.

dio iuris Canon. pag. 443. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex D. Greg. lib. 12. indict. 7. epist. 17. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 20. cap. 1.

2. *Nobilibus legem imponit, &c.]* Notatur ad hoc, quod liberalitas convenit nobilibus, & illorum ea est propria animi qualitas, & natura, ut per Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 34. Callan. in catalogo gloria mundi, p. 5. confid. 8. & p. 8. confid. 35. Palat. in repet. rub. de donat. inter virum, & uxorem. §. n. 1. cum segg. Otalor. de nobilit. p. 5. cap. fin. n. 14. Surd. de aliment. tit. 6. q. 1. n. 46. cum segg. Malcard. de probat. concl. 554. num. 58. & segg. & conclus. 979. n. 5. Bobad. in sua politica, lib. 1. c. 4. n. 5. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 25. n. 19. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 16. n. 50. Cardin. Mantie. de tacitis, & ambig. comment. lib. 13. tit. 17. n. 7.
3. Notatur etiam ad hoc, quod Princeps debet esse liberalis, & servitia sibi impensa persolvere, ut per Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 40. Molin. de primog. lib. 1. c. 3. n. 10. Burg. de Pace conf. 25. n. 9. Bero. conf. 65. n. 11. vol. 1.
4. *Crauer. conf. 389. n. 6. Bec. conf. 129. n. 108. vol. 2. & illi magis convenit quam aliis reddere plusquam accepit, ut post Tiraq. tradit Menoch. conf. 307. n. 11. & novissime Carol. Bord. confid. 22. n. 35.*

S V M M A R I V M.

1. Donatio, quam facit Prælati in consilio Capituli, & in damnum Ecclesie, invalida est.
2. Donatio de re Ecclesie facta non valet.
3. Clerici an domini sint, vel potius dispensatores fructuum Ecclesiasticorum, remissive.
4. Prælati solus absque consensu Capituli, & solemnitate potest in acquirendis nocere Ecclesie, & conditionem eius facere deteriore.

CAP. Fratritatem. II. Alex. III.

1. Prælati de rebus Episcopatus non potest in detrimentum Ecclesie graues facere donationes, præsertim in consilio Canonicis, & successor potest renouare tales donationes siue à Clericis, siue à laicis, quia non tenent, cum procurator sit Ecclesie, non dominus, unde debet meliorare conditionem Ecclesie, non deteriorare illam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Guid. Papæ. Barbat. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 207. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 443. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 20. cap. 2.
2. Probat hic text. donationem de re Ecclesie factam non valere, ut per Duen. reg. 220. n. 1. Put. decis. 304. p. 1. in antiq. Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione, n. 174. Nisi fiat causa remunerationis, ut dixi ad cap. per tuas, n. 2. hoc tit.
3. *Sic procurator, non dominus.]* Ergo clerici domini non sunt, sed procuratores, & administratores, ac dispensatores fructuum Ecclesiasticorum, de quo vide Bellet. disquisit. cleric. p. 1. de bonis clericorum, §. 1. n. 33. in fine. Gurier. præst. lib. 1. q. 114. n. 13. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 70.
4. In gloss. *Non debet, ibi, sed omittendo tamen potest.* Notatur ad hoc, quod solus Prælati absque consensu Capituli, & solemnitate potest in acquirendis nocere Ecclesie, & conditionem eius facere deteriore, ut per Innoc. hic num. unic. Butr. num. 10. Palat. in repet.

rub. de donat. inter virum, §. 47. n. 6. Seraphin. de priuilegiis leg. iuram. priuileg. 7. n. 32. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 4. n. 12. in fine. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de Clerico debitor, §. 5. n. 10.

S V M M A R I V M.

1. Donatio facta per Prælatum an valeat, debet attendi quantitas rei donatæ, & loci consuetudo.
2. Prælatus potest modicam donationem facere de rebus Ecclesiæ, si hoc habeat consuetudo.
3. Consuetudo in contrariis maxime attenditur.

CAP. Cæterum. III.

Prælati iuxta loci consuetudinem sacris Canonibus non obuiantem potest dare in parua quantitate. Colligunt ex Ordin. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Guid. Papæ, Barbat. Anchar. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 207. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 444. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 20. c. 3. & eandem collect. 1. lib. 1. sub tit. de consuetudine, c. 1. & est post Concil. Lateran. p. 20. c. 3.

Probat hic text. Prælatum posse modicam donationem facere de rebus Ecclesiæ, si hoc habeat consuetudo, ut per Oldrad. conf. 226. n. 6. Tiraq. in tract. de iudiciis in rebus exig. vers. vigesimo quarto, Abb. conf. 45. n. 1. & 2. p. 1. Card. Tufch. tom. 3. lit. E. concl. 287. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 5. n. 10.

Et illius terre consuetudo.] Quæ quidem in contrariis maxime attenditur. Strach. de mercat. tit. de nautibus, p. 1. n. 9. veluti in locationibus, Surd. decis. 131. n. 2. & in emphyteusi Cald. Pereira de potestate eligendi, c. 6. n. 2.

S V M M A R I V M.

1. Ecclesia non vacans in beneficium concedi non potest, de auctoritate tamen Episcopi, & siue præiudicio Prælati potest impropriatatem concedi.
2. Unio de beneficio nondum vacante, & sic videntis fieri potest absque tamen præiudicio possidentis.
3. Rectoris beneficii vocatio, non requiritur, nec eius consensus, cum illi ad suam vitam non præiudicatur in unione.
4. Episcopus potest facere uniones etiam monasteriis, & locis Religiosis.
5. Episcopus potest de bonis sue mensæ Episcopalis loco Religioso donare.
6. Unire potest Episcopus alicui Religioni Ecclesiam, seu beneficium sua diocesis.
7. Prælatus conferendo uni beneficium, seu alteri, liberalitatem exerceat.

CAP. Consultationibus. IV.

Episcopus non potest dare Ecclesiam non vacantem alicui Clerico, & si dat, donatio est nulla, sed potest dare locis religiosis. Unde qui Ecclesias possident, non debent illis in vita sua spoliari sine eorum consensu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Barbat. Ioan. Andr. Imola. Anania, Host. Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 208. Alagona in compendio iuris Canonici,

Canonici pag. 444. remissive Ximen. in concord. p. 1. re-
fertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. sub tit.
de inrepatron. c. 23. & est post Concil. Lateran. part. 1. 5.
cap. 20.

Viventibus illis, &c.] Fieri ergo potest unio de bene-
ficio nondum vacante, & sic viventis, absque possi-
dentis tamen praeiudicio, ut per Cald. Pereira de re-
novat. emphyt. q. 5. m. 5. & ideo vocato Rectoris bene-
ficii non requiritur, nec eius consensus, cum ei ad
suam vitam non praeiudicaretur, sed post mortem ipsius
unio fortiori effectum, ut per Rebuff. in praxi benefic.
reg. de union. gloss. c. 1. n. 8. Hojed. de incompatibil. benefic.
c. 3. n. 9. vers. sed utrum. Rot. decif. 133. n. 13. & 14. p. 2.
divers. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 2. num. 214. vbi
n. 215. quod procedit etiam in unione facienda per
legatum, & n. 217. tenet etiam procedere in casibus
positis per Concil. Trid. ut vocatis his, quorum in-
terest, uniones fiant, & n. 218. idem dicit in unione
facienda ex commissione Papae vocatis quorum in-
terest.

Si religiosi fiant locis, &c.] Notatur ad hoc, quod
Episcopus potest facere uniones etiam Monasteriis, &
locis religiosis, ut per Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 1.
n. 77. Monet. de commutat. ultim. volunt. c. 11. n. 331. sic
etiam Episcopus potest de bonis suae mensae Episco-
palis loco religioso donare, ut per Bellet. disquisit. cle-
rical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 7. n. 8. vnde inferri posse
Episcopum de bonis suae mensae Episcopalis abundan-
tius donare, & alienare Capitulo, siue Canonici suis
egentibus sine solemnitatibus non obstante iuramento
de non alienando sine superioris licentia, quia non
potest dici alienatum ab Ecclesia, quod semper in do-
minio Ecclesiae retinetur, gloss. verbo Ecclesiam, in
Clem. 1. 2. de rebus Ecclesiae non alien. Host. in c. nonit. n. 5.
cum seq. de his, quae sunt a Prel. vbi Zabara. n. 5. q. 7. Imol.
n. 13. & 14. & Butr. n. 8. Bertachin. de Episc. p. 4. q. 45.
Rot. decif. 756. n. 5. p. 1. divers. Notari etiam solet ad hoc
quod Episcopus potest venire alicui Religioni Eccle-
siam, seu beneficium suae Diocesis, ut per gloss. verbo
denotetur, in Clem. 2. de rebus Ecclesiae non alien. vbi Za-
barell. n. 4. not. 4. & n. 11. quest. 1. Anchar. n. 4. not. Imol.
n. 2. & 3. Abb. in presenti. n. 4. Imol. n. 1. & Henric. etiam
n. 1. Selu. de benefic. p. 3. q. 11. n. 126. Azor. instit. moral.
p. 2. lib. 6. c. 28. q. 19. Sanch. in praecepta Decalogi, tom. 2.
lib. 7. c. 19. n. 148.

Donationes vero, &c. Ergo Praelatus conferendo uni
beneficium, seu alteri, liberalitatem exercet, ut per
Molin. de primog. lib. 2. c. 4. n. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 Praelatus non obstante iuramento de non infundando
de nouo, potest integrare feudum, si appareat vas-
sallum in mensura fuisse deceptum.
- 2 Donatio rei Ecclesiastica valet ob causam remun-
erationis.
- 3 Praelatus donare potest res Ecclesiae ob causam remu-
nerationis.
- 4 Tutor donare potest propter benemerita.
- 5 Regulares donare possunt ex causa meritorum.
- 6 Venditionis actum constitutum ad rationem mensurae
iugera ex certo fundo vendita.
- 7 Deceptus in quantitate rei potest agere ad supplemen-
tum, etiam si deceptio fuerit circa dimidiam, quan-
do cepit actus a mensura.
- 8 Possessio non adipiscitur ex inuestitura.

Praelatus non obstante iuramento de non infen-
dando de nouo potest integrare feudum concessum,
si non fuit integrum, sicut fuit promissum. Colligi-
gunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabara.
Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Barbat. Anchar.
Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontific.
pag. 209. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 444.
remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. refer-
tur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 18. c. 2.

In dono sua, &c.] Et ideo ob causam remunerationis
valuit donatio rei Ecclesiasticae, de qua in text. ut per
Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 2. n. 17. Palat. in
reper. rub. de donat. inter virum, §. 50. num. 3. Tiraq. in l. si
unquam, verbo donacione largitus, num. 27. Menoch. conf.
191. n. 3. & conf. 39. n. 3. & 56. Vnde Praelatum donare
posse res Ecclesiae ex causa remunerationis, tenent Ias.
in l. ex hoc iure, n. 6. ff. de instir. & iure, & conf. 10. n. 18.
vol. 3. Bec. conf. 129. n. 26. vol. 1. sicut & pariter tutorem
donare posse propter benemerita, per text. in l. cum plu-
res, §. cum tutor, vbi gloss. ff. de administ. tut. docent Ro-
man. conf. 50. vers. rursus videtur, Surd. conf. 140. n. 344.
cum seqq. qui subdit post Ias. & Tiraq. multa recen-
serit a Doctoribus permilla ob benemerita, quae alias non
permitterentur, Paris. conf. 111. n. 4. vol. 1. Roland. conf.
5. n. 10. vol. 1. Steph. Grat. discept. forens. c. 202. n. 5. lo-
quens de Regularibus, qui donari possunt ex causa
meritorum, de quo etiam Ioan. Valer. de differ. inter
utrumque forum, verbo munera, differ. 1. n. 102.

Quatuor modis terra, &c.] Notatur ad hoc, quod
tot iugera ex certo fundo vendita constituunt actum
venditionis ad rationem mensurae, ut per Couatru.
pract. c. 3. n. 3.

In gloss. Invenitur ibi, nota quod ubi quis decipitur
in quantitate rei agitur ad supplementum, etiam si deceptio
fuerit circa dimidiam rei. Intellige ubi a mensura cepit
actus, ut per Couard. c. 3. n. 8. & de lesione in pretio, &
lesione in quantitate agit Pinel. in d. l. 2. p. 3. c. 1. n. 1.

In gloss. In possessione, ibi, ergo non adipiscitur quis
possessionem ex inuestitura. Vide Tiraq. in tract. de mori-
tu, in praefat. declar. 1. n. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Interpretatio plenissima fit in donationibus, & ob hoc
clausula onerosa post multas donationes apposta,
proximam donationem tantum respicit.
- 2 Instrumentum euidenter probat, & non secus ac indi-
catum habet vim definitionis causae, & dicitur
probatio probata.
- 3 Clausula, quae alioquin deberet ad multa referri, quan-
do inseritur alicui capitulo, tanquam illius acces-
sorium, non debet ad alia referri.
- 4 Interpretatio facienda est secundum mentem dispo-
nentis.
- 5 Donationes latissime sunt interpretandae.
- 6 Beneficia Principum latissime sunt interpretanda, quan-
do tangunt iura concedentium, & neminem laedunt.
- 7 Interpretatio plenior in testamentis est adhibenda.

CAP. Cum dilecti. VI.

Clausula onerosa post multas donationes appo-
sta proximam donationem tantum respicit, quia
in contractibus plena, in testamento vero plenior,
in

in beneficiis autem plenissima est interpretatio facienda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Barbat. Host. Anch. Henric. Boich. Panorm. Henric. Canif. Viuian in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 206. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 444. remissive Ximen in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 18. c. 3.

2 Cum ex tenore instrumenti euidenter appareat. Notatur ad hoc, quod instrumentum euidenter probat, ut per Tiraq. in l. si unquam, verbo libertis, n. 11. & de retractu lig. §. 2. gloss. 1. n. 21. Abb. in presenti n. 3. Bart. in l. 1. in princ. n. 9. ff. de noui oper. nuntiat. Alex. consil. 135. n. 6. Dec. cons. 42. a. n. 9. Socin. inn. cons. 127. n. 7. lib. 3. & non secus ac indicatum habet vim definitionis causae, Bald. cons. 233. n. 1. vol. 1. Franc. Bec. cons. 389. n. 3. & dicitur probatio probata. Rota apud Farin. decif. 43. n. 1. in fine, & decif. 619. n. 6. & decif. 690. in fine. p. 1. recent. & decif. 706. n. 1. p. 2. etiam recent.

3 Sed ad inferiorem, &c. Notatur ad hoc, quod clausula, quae alioquin deberet ad multa referri, quando inferitur alicui capitulo, tanquam illius accessorium, non debet ad alia referri, ut per Nau. in c. si quando, de rescript. except. 2. n. 1.

4 Quod hoc fuit mens, & intentio, &c. Collige ex text. interpretationem faciendam esse secundum mentem disponentis, ut per Calderin. cons. 327. vers. de testamento, alias cons. 8. de donat. Angel. cons. 78. Circa primum, in princ. lib. 2. & plures per me citatos in tract. Axiom. iuris vsus freq. axiom. 136. n. 5.

5 Plenissima est interpretatio adhibenda. Notatur ad hoc, quod donationes latissime sunt interpretanda, ut per Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 48. Boër. decif. 172. n. 27. Cabed. Lusit. decif. 95. n. 1. p. 2. Soar. de Relig. tract. de voto, lib. 4. c. 7. n. 12. Siluan. cons. 98. n. 13. Et ad illud quod beneficia Principum latissime sunt interpretanda, vide Doctores citatos per me Axiom. 36. ex n. 1. Intellige dum tangunt iura concedentium, & minime tradunt, secundum Bald. cons. 456. lib. 4. Host. in c. quia circa, de privileg. vbi Ioann. Andr. & Abb. in 3. notab. n. 3. Hippol. de Marfil. sing. 483. Malu. cons. 18. n. 26. Morot. cons. 10. n. 13. Surd. cons. 140. n. 73. & 74. vol. 1. Cancer. lib. 3. var. resol. c. 3. n. 165. Farin. cons. 45. n. 28. vol. 1. à Ponte cons. 2. n. 21. Carol. Bardel. cons. 137. num. 4. & cons. 182. n. 28. vol. 2. Giurb. decif. 23. n. 7. tom. 1.

6 In testamentis plenior. Vide Ceuall. communium contra communes, q. 126.

SYMMARIUM.

- 1 Episcopus quando de consensu patroni concedit Ecclesiam pio loco, intelligitur patronus donasse in spatronatus, & si percipiebat certos prouentus in Ecclesia quam de consensu Capituli pro loco concessit, illo donasse videtur.
- 2 Donatio attribuitur Episcopo, etiam si Capitulum consentiat.
- 3 Verbum concedo, inducit dominij translationem.
- 4 Donatio non censetur facta nisi iuris, quod quis habet in re.
- 5 Episcopus donans si Ecclesia fructus prius receperat, tunc illi, quibus donauit, eos capient.
- 6 Mulier consentiens marito bona sibi hypothecata alienanti, hypothecam remittere praesumitur.
- 7 Capituli consensus requiritur in vnione faciendi per Episcopum.
- 8 Episcopus non potest eximere à cathedratico.

Episcopus quando de consensu Patroni concedit Ecclesiam pio loco, intelligitur patronum dedisse in spatronatus, & Episcopum dedisse id quod temporale habebat in Ecclesia, v. g. aliquam portionem fructuum, & si nullum habebat, intelligitur concessisse omnes prouentus propter ius Cathedraticum, ad validitatem tamen donationis requiritur consensus Capituli. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Barbat. Anan. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 210. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 445. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 18. cap. 4.

Aliquam Ecclesiam concedendo. Ergo donatio attribuitur Episcopo etiam si Capitulum consentiat, quia venditio attribuitur vendenti, & non consentienti, ut per Tiraq. de retractu lign. §. 1. gloss. 9. n. 107. & de iure mariti, gloss. 5. n. 142. & in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 348.

Vtrum autem verbum, concedo, inducat dominij translationem, vide Palat. in reper. rub. de donat. inter virum, & uxorem §. 7. n. 7. Lar. in l. si quis à liberis, §. parens, num. 72. ff. de liberis agnosce. Surd. decif. 166. n. 15. Brunor à Sole in locis commun. lit. V. num. 38. Menoch. cons. 191. n. 8. & de praesumpt. lib. 3. pref. 34. n. 1. Farin. in praxi crimin. p. 4. cons. 95. n. 6. Steph. Gratian. discept. forens. c. 82. n. 15.

Quod sum est conferre videtur. Notatur ad hoc, quod donatio non censetur facta nisi iuris, quod quis habet in re, ut per Xuar. alleg. 7. n. 3. Ant. Gom. tom. 1. variat. c. 12. n. 15. Azeued. l. 1. a. n. 66. tit. 5. lib. 8. noua recopil.

Et si fructum, &c. Notatur ad hoc, quod si Episcopus donans, Ecclesiae prius fructus receperat, tunc illi, quibus donauit, eos capient, ut per Rebuff. de congrua portione, n. 33. Roch. de iure patron. verbo de Diocesani, q. 10. n. 23. & verbo honorificum, q. 43. num. 75. & verbo, vel is à quo, q. 21. n. 38.

Notatur etiam ad hoc, quod mulier consentiens marito bona sibi hypothecata alienanti hypothecam remittere praesumitur, ut per Boër. decif. 23. n. 9. Mascard. de probat. concl. 1173. n. 20.

Consensus est sui Capituli requirendus. Ergo in vnione faciendi per Episcopum requiritur consensus Capituli, ut per Boër. decif. 345. n. 3. Gambar. de potestate Legati à latere, lib. 5. rub. 1. de potestate legati in vnione, n. 58. & 108. Fulc. de visitat. lib. 2. c. 26. n. 5. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 28. q. 12. Rot. decif. 133. num. 2. p. 2. diuers. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 2. n. 145. & à n. 147. quod potest hic consensus Capituli intervenire etiam post vnionem, & num. 150. & 151. quod in vnione faciendi per Papam, seu ex eius commissione non requiritur consensus Capituli, & à num. 157. tenet quod nec hodie per Concil. Trid. sess. 21. de reformat. c. 5. potest Episcopus vnire beneficia sine consensu Episcopi.

Præter Cathedraticum. Notatur ad hoc, quod Episcopus non potest eximere à Cathedratico, ut per Etalim à Cochier. de iuris d. Ordinary in exemptos, p. 1. q. 3. n. 4. vers. quarto, quod aded verum est, ut pro libertate Cathedratici non currat praescriptio contra Episcopum, Balb. de praescript. in 5. p. q. 16. Henric. Botte. de synodo p. 3. n. 87.

S V M M A R I V M.

- 1 Hospitalarij possunt in suum præiudicium se & domum suam alteri Religiosæ domui subicere, & donare.
- 2 Turpitudinem suam allegans non est audiendus.
- 3 Translatio rei religiosæ in alium non valet.
- 4 Actiones cedi non possunt si detur litigium.

CAP. Inter dilectos. VIII.

Hospitalarij possunt se, & sua alteri Ecclesiæ cum suis iuribus subicere, nec valet si deinde allegent pro se propriam turpitudinem, ut quod sint per iur. excommunicati, & in fraudem explerint talem actum, quia non deceptoribus, sed deceptis iura subueniunt (salvis tamen rationibus aliorum, quia res inter alios acta non debet aliis præiudicium generare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabbar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Host. Anchar. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 215. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 445. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. sub tit. 8. cap. 5.

Contra se turpitudinem, &c. Notatur ad hoc, quod turpitudinem suam allegans, non est audiendus, ut per Bernard. reg. 24. ver. quinto, Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 18. num. 20. 24. & seg. Surd. decis. 196. num. 6. & decis. 307. num. 15. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 2. resol. 11. n. 75. Rota apud Farin. decis. 665. n. 12. part. 1. recent. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 3. n. 1. Cardos. in praxi iudicium, & advocatorum, verbo allegatio, num. 5. plures per Cened. ad Decretal. collect. 10. n. 4. intellige si turpitudinem allegans liberam habebat potestatem, Sarmient. lib. 4. select. c. 13. n. 5. & 11. Thom. de Thomassetis reg. 42. Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 1. c. 13. n. 15. intellige etiam, ubi quis allegat turpitudinem suam ad suum commodum, & utilitatem, & secus si ad suam domum. Roland. conf. 24. n. 72. vol. 1. Bellet. d. n. 12. Limita quando turpitudinem allegans semel fuerit admittus, tunc enim ex detecto perituros, vel turpitudine poterit se iurare. Cost. in l. si ex cautione fallent. 9. n. 2. Cardos. d. verbo allegatio, n. 5. late ego ipse axiom. 22. 1.

Cum res inter alios acta, &c. Vide Doctores, quos plena manu citavi in tract. axiomatum iuris usus seq. axiom. 199. n. 11.

In gloss. Questionem, ibi, & ita rem litigiosam transfulerunt in alium, unde non valuit translatio. Vide Con. pract. c. 15. n. 6. Lancel. de attent. in prefat. n. 48. 4. Menoch. consil. 79. à n. 16. Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 6. n. 3. Molina de iustit. tract. 2. disp. 340. à n. 16. Cardos. in praxi iudicium, verbo lit. n. 37. Sic etiam actiones cedi non possunt si detur litigium, Afflic. decis. 354. n. 22. Marant. de ordin. iudic. p. 4. dist. 3. à n. 16. Rebuff. tom. 2. ad leges Gallie, tit. de cessione iuris, art. 1. gloss. 4. Francisc. Marc. decis. 148. n. 4. Sebast. Medic. de fortuitis casibus, p. 1. q. 7. n. 27. Alex. Trentacinq. variar. resol. tit. de iudic. resol. 17. à princip. Card. Tusch. lit. C. concl. 206. Cabed. Lusit. decis. 15. n. 15. p. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio quinquagesima, vel centesima, quam facit Episcopus cum gravi Ecclesiæ suæ detrimento, potest legitime revocari, nec etiam potest ultra Barbol. Collect. Tom. II.

quinquagesimam, vel centesimam conferre, etiam cessante lesione Ecclesiæ, sine auctoritate superioris.

- 2 Episcopus potest dotare aliam Ecclesiam, vel Capellam de bonis propria Ecclesiæ.
- 3 Successor in regno potest renovare donationes factas à predecessore.
- 4 Clericus prædefunctus debet sepeliri expensis suæ Ecclesiæ.
- 5 Titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus reputabatur, constituit præscribentem in mala fide.

CAP. Apostolicæ. IX.

A Trento can. bona rei 12. q. 2. si Episcopus vult construere Monasterium in sua Parochia, vel si vult illud dotare de rebus Ecclesiæ, non potest conferre amplius, quàm quinquagesimam portionem census ipsius Ecclesiæ, cui præstat. Si verò Ecclesiam saccularem vult facere Monasterium, vel eam ampliari pro sepulturis, non amplius illi conferre potest quàm centesimam parte redditum, & hoc sine fiat semel, vel pluries ab eodem, vel diuerso Episcopo dummodo graue damnum Ecclesiæ, à qua tollit, non patiat, quia graue damnum Ecclesiæ nec tantum partem, nec minus potest dare, siue de possessionibus, siue de prouentibus ad Cathedralē, vel mensam Episcopalem pertinentibus. Quod si cum graui damno dedit, donatio reuocatur, nisi præscriptio, vel alia legitima exceptio talem reuocationem excludat. Si autem sine graui damno Ecclesiæ posset dare 50. vel 100. aut plura, tamen requiritur auctoritas Papæ, ut det maiorem summam quàm centum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabbar. Ioan. Andr. Imol. Barbat. Anan. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 212. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 445. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 18. c. 6.

De materia, & intellectu huius text. multa tradit nouissimè Monet. de commutationib. ult. volum. cap. 11. n. 94. cum seqq.

Ipsam dotare, &c. Notatur ad hoc, quod Episcopus potest dotare aliam Ecclesiam, vel capellam de bonis propria Ecclesiæ, ut per Lambert. de inrepatron. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 16. Iulian. Viuian. in praxi iuris patron. p. 1. lib. 2. c. 4. n. 33.

Vnde cum graue detrimentum, &c. Notatur ad hoc, quod successor in Regno potest renovare donationes factas à predecessore, quæ grauiter, & enormiter coronam lædunt, secus si non lædant, vel modicè lædant, ut per Menoch. conf. 307. à n. 17. Cabed. Lusitania decis. 19. n. 2. & decis. 30. n. 1. & decis. 40. à n. 16. p. 2. Vtrum autem, & quibus casibus Princeps res suæ coronæ alienare valeat, vide Doctores, quos citavi ad c. intellecto 33. de iure iurand.

Vel pro suis magnificare voluerit sepulturis. Notatur ad hoc, quod Clericus prædefunctus debet sepeliri expensis suæ Ecclesiæ, & successoris, ut per Gemin. conf. 1. n. 5. & 6. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 3. num. 5. ubi etiam resoluunt nepotes, sine consanguineos ipsius defuncti huiusmodi expensas à successore repetere posse, dummodo protestati fuerint se illas facere, seu fecisse animo rehabendi, habita tamen consideratione dignitatis, personæ, sepultura, & facultatum Ecclesiæ, quia si transcendunt facultatem beneficij, non tenetur successor ad excessiuas, l. ar. si quis, §. equum, ff. de relig. & sumpt. funer. Gemin. d. conf. 1. n. 7.

R In

In gloss. *Prescriptione*, ibi, & nulla temporis, &c. No-
tatur ad hoc, quod titulus illegitimus, qui ex errore
iuris legitimus reputabatur, constituit prescribentem
in mala fide, destruitque longissimi temporis præ-
scriptionem, ut per Bald. in repet. l. Celsus, num. 2. vers.
quarto, ff. de usufructu. Viu. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 5.
n. 55. pag. 239. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. n. 68. vers. con-
trariam, & in vers. ceterum, dicit hoc procedere quando
titulus est reprobatus à iure, & cui lex resistit, seu ma-
nifeste vitiosus.

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio potest per donatorem, non per heredem eius, qui
tacuit, ob ingratitudinem donatarii reuocari, in ca-
sibus hic expressis, & n. 2.
- 3 Doctores referuntur multa de ingratitudine agentes.
- 4 Ingratitudo dicitur ventus vrens, siccans fontem
misericordiae, rorem pietatis, & fluentia gratiae.
- 5 Maioratus possessor, qui aduersus institutorem ingra-
titudinem commisit amittit maioratum.
- 6 Beneficiarius scribens, vel iudicem instruens contra
suam Ecclesiam potest tanquam ingratus benefi-
cio priuari.
- 7 Patronus ingratus Ecclesia perdit ius patronatus.
- 8 Filius à patre emancipatus, si patrem verbo, vel
facto iniuria affecerit, rursus in patriam potesta-
tem, à patre reuocante emancipationem, redigi
potest.
- 9 Legitimatio filij potest à patre reuocari propter in-
gratitudinem in ipsum ab eo commissam.
- 10 Ingratitudine remissa per patrem adhuc filius rema-
net incapax iuris succedendi.
- 11 Libertas ob ingratitudinem reuocari potest.
- 12 Vassallus ob ingratitudinem amittit feudum.
- 13 Nominatio emphyteusis ob ingratitudinem reuoca-
tur, dummodo talis sit, quae reuocationem pa-
tatur.
- 14 Libertus Clericus ob ingratitudinem commissam in
patronum in seruitutem reuocari non potest.
- 15 Donatio facta Ecclesiae ob ingratitudinem Praelati
reuocari non potest.
- 16 Donatio facta causa dotis ob ingratitudinem reuocari
non potest.
- 17 Donatio remuneratoria ob ingratitudinem reuocari
non potest.
- 18 Donatio reuocari potest si donatarius percussit do-
natorem palo, lapide, aut ferro.
- 19 Donatio reuocatur si donatarius atroci iniuria donato-
rem affecerit.
- 20 Iniuria atrox quae dicatur arbitrio iudicis relinqui-
tur.
- 21 Donatio reuocari potest si donatarius notabile detri-
mentum donantis bonis inferat.
- 22 Donatio reuocari potest si donatarius vitae periculum
donatori fuerit machinatus.
- 23 Ius reuocandi donationem ob ingratitudinem non
transit ad heredes.
- 24 Penaliter constitutio suos tantum auctores obstringit,
nec contra heredes transit.

CAP. Propter. X. & fin.

Gregor. IX.

Donans, & non eius successor, potest reuocare do-
nationem propter ingratitudinem donatarii, si
nimirum in ipsum impias manus iniecit, si praesum-

psit inferre vitae periculum, vel atroces iniurias, aut
grauē damnum suarum rerum. Colligunt ex Ordin.
Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr.
Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Anch. Panor. Barbar.
Guid. Papae. Henric. Canis. Cened. collect. 57. Viu. in re-
gion. lib. 3. iur. Pontif. pag. 212. Alagona in compend. iuris
Canon. pag. 446. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt
apud Lusitanos Ordin. Regia lib. 4. tit. 63. vbi patens
meus, & apud Castellanos l. 2. tit. 26. p. 4. & l. 10. tit. 4.
p. 5. vbi Greg. Lop. Conar. lib. 1. variar. c. 11. n. 8. Clar.
§. donatio, q. 21. ex n. 1. Ant. Gom. tom. 2. c. 4. n. 14. Tiraq.
in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 193. Azueed.
l. 2. a. n. 2. tit. 1. lib. 1. noua recop. Card. Tusch. tom. 2. lin. D.
concl. 711. Lat. in l. si quis à liberis, §. item index, a. n. 56.
ff. de liber. agnoscent. Palat. in repet. rubr. de donat. inter
virum, §. 38. a. n. 71. Donell. à Fin. tom. 2. commun. opinio.
lib. 8. tit. 32. n. 46. pag. 412. & Viu. tit. 34. n. 3. pag. 424.
Vincent. de Franch. decis. 339. Mozz. de contrait. tract.
de donat. tit. quomodo reuocetur donatio, ex n. 10. Gutier.
de iurament. confirmat. p. 1. c. 10. Matien. l. 7. gloss. 5. n. 5.
tit. 10. lib. 5. noua recop. Gam. decis. 163. Cald. Pereira in
l. si curatorem, verbo sua facilitate, n. 68. vers. mouer. &
de potestate eligend. c. 17. n. 48. & à n. 45. cum seqq. & de
renouat. quest. 10. num. 8. & quest. forens. conf. 39. num. 19.
Aloy. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 197. Molin. de
iust. ar. 2. disp. 81. à princ. Less. eodem tract. lib. 2. c. 18.
dub. 14. n. 104. cum seqq. Reb. de obligat. iustit. p. 2.
lib. 18. q. 9. Et clausulam notariarum, quae dicunt dona-
torem donationem non reuocare promittere etiam
praetextu ingratitudinis, superfluum dicit Francisc.
Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 2. n. 15.

De ingratitudine multa scripserunt Tiraq. in l. 9.
comm. n. 27. Menoch. de praesumpt. lib. 5. q. 5. n. 11. cum
seqq. Azueed. l. 2. n. 1. tit. 1. lib. 1. noua recop. Fr. Anton. de
Gueuara p. 2. Montis Caluariae, c. 8. pag. 189. Flamin. de
resignat. lib. 6. q. 5. num. 51. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3.
q. 54. art. 6. Cald. Pereira de potest. elig. c. 17. n. 45.

Ingratitudo dicitur ventus vrens, & siccans fontem
misericordiae, rorem pietatis, & fluentia gratiae, ita
Guillelm. in cap. Raynuitus, verbo in eodem testamento,
in 2. n. 36. Cened. ad Decret. collect. 57. n. 3. ex cecat
oculos beneficientis, ut ex D. Bernardo referunt. Palat.
in repet. rubr. de donat. inter virum, & uxor. §. 78. n. 48.
Azueed. l. 2. num. 1. tit. 1. noua recop. Mozz. loca citato,
num. 21.

Amplia primò in possessore maioratus, qui aduer-
sus institutorem causam ingratitudinis commisit, ut
per Molinam de primog. lib. 1. c. 9. à num. 8. Azueed.
l. 2. num. 2. & 3. tit. 1. lib. 1. noua recop. Molin. de iustit.
tract. 3. disp. 654. Cald. Pereira de potest. elig. cap. 17.
num. 40.

Amplia secundò in Clerico scribente, vel iudicem
instruente contra suam Ecclesiam potest tanquam in-
gratus beneficio Ecclesiastico priuari, secus tamen si
ingratus existat Praelato, qui illud ei contulit. Vide
Surd. de aliment. tit. 7. q. 38. n. 5. Molin. disp. 28. l. n. 14.
Cald. Pereira d. c. 17. n. 50. Marta de iurisdic. p. 4. casu
115. n. 14.

Amplia tertio in patrono ingrato Ecclesiae, qui per-
dit ius patronatus, ut per Surd. de aliment. tit. 7. q. 32.
n. 9. & 10. & q. 38. n. 2.

Amplia quarto in filio à patre emancipato, si pa-
trem verbo, vel facto iniuria affecerit, quia rursus
in patriam potestatem à patre reuocante emancipa-
tionem redigi potest. Vide Cald. Pereira d. capite 17.
num. 48. Rebello d. p. 2. lib. 1. quest. 8. sect. 6. n. 60. vers.
septimo.

Amplia quinto in filio legitimo, cuius legiti-
matio facta per rescriptum Principis propter ipsius
ingrati-

ingrati tudinem in partem commissam ab ipso patre potest reuocari. Vide Tiraquel in l. si unquam, verbo donatione largitus, num. 28. & 289. Guillem. in cap. Raymuntius, verbo in eodem testamento in 2. num. 5. Surd. de aliment. tit. 7. q. 17. num. 3. & tit. 8. prin. leg. 65. num. 5. Cald. Pereira d. 6. 17. num. 47. Et ingrati tudine remissa per patrem adhuc filius incapax remanet iuris succedendi, Franc. Molina de ritu nupt. lib. 3. quest. 20. num. 13.

11 Amplia sextid in libertate, quæ ob ingrati tudinem reuocatur, vt probant l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, & apud Castellanos Ordin. Regia lib. 4. tit. 63. §. 7. & apud Castellanos l. 9. gloss. 4. tit. 22. part. 4. Surd. de aliment. tit. 8. prin. leg. 65. a num. 54. Modern. de iurisdict. part. 5. casu 90. a num. 11. Petr. Cened. canon. quest. lib. 1. quest. 16. num. 19. Cardoso in praxi iudicum, verbo serinus, num. 54. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 24. n. 12. Azor. instit. moral. 3. part. lib. 11. de donation. cap. 8. q. 2. versum donatio, Rebello d. p. 2. lib. 18. q. 9. num. 4. Et quod non possit patronus liberto ingrati tudinem remittere, resoluit Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. q. 20. n. 11.

12 Amplia septimò in vassallo, vt per Schrad. de feudis, p. 96. q. 9. Roseth. eod. tract. c. 10.

13 Amplia octauò in nominatione emphyteusis, dummodo talis sit, quæ reuocationem patitur. Vide Valase. de iure emphyt. quest. 39. num. 12. vers. 17. in fin. Cald. Pereira de potest. eligend. cap. 3. num. 29. & cap. 17. num. 45.

14 Limita primò in liberto Clerico, qui nullo modo reuocari potest in seruitutem propter ingrati tudinem commissam in patronum, vt per Modern. de iurisdict. p. 4. casu 90. n. 13. cum seqq.

15 Limita secundò in donatione facta Ecclesiæ, quæ propter ingrati tudinem Prelati, seu Capituli non potest reuocari, quia censetur facta Deo, cum sit omnium gratiarum liberalissimus largitor. Vide Clar. §. donatio, q. 2. n. n. Menoch. remed. 9. recap. num. 102. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 11. c. 8. q. 5.

16 Limita tertid in donatione facta causa dotis. Vide Gam. decis. 163. num. 2. & 3. Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. p. 5. num. 62. vers. 32. Aloy. Ricc. in collect. decis. part. 1. collect. 197. vers. secundo limita. Molin. disp. 281. vers. ac etiam.

17 Limita quartò in donatione remuneratoria. Vide Duen. reg. 22. q. 4. vers. limita 3. Pinel. d. p. 3. n. 61. Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione largitus, num. 13. & seq. Vin. tom. 1. commun. opinion. lib. 8. c. 34. n. 3. vers. sed ubi-
cunque, pag. 424. Ioan. Garc. de donat. remunerat. num. 8. & 9. Rebello d. p. 2. lib. 18. q. 9. a n. 8. D. Mart. in votis noniss. decis. voto 215. num. 28. Canale. consil. 20. num. 23. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 281. n. 7. Filliuc. tract. 34. c. 6. n. 13. me citato in hoc loco, D. Mari. Cutel. de donat. inter patrem, & filium, tract. 1. disc. 2. part. 13. num. 49. in fin. & benemerita sunt probando, Bellacomb. tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 32. n. 174. cum seqq. pag. 419. Valase. conf. 55. num. 5. Card. Mant. de iacris, & ambig. conuen. lib. 13. tit. 15. n. 41. & 43. resoluit quod remun-
eratio quatenus excedit meritum ex causa ingrati-
tudinis reuocari potest, de quo etiam Molina disp. 281. n. 12. Vnde exemptio ex causa remunerationis con-
cessa non potest ob ingrati tudinem reuocari, vt per Hippol. sing. 33. Iaf. consil. 103. col. 3. & consil. 121. col. 4. vol. 1. Tiraq. in d. verbo donatione largitus, n. 13. Roland. consil. 76. num. 20. vol. 2. & consil. 13. sub num. 27. vol. 3. Rimin. in consil. 32. num. 5. vol. 3. Sic etiam nec pri-
uilegium etiam subdito concessum, vt per Felin. in cap. nonit. 12. de iudic. Tiraquel. ubi supra, num. 14. Menoch. conf. 723. n. 9. & 10. vol. 3. & in consil. 1003. num. 95. Nec denique feudum alicui concessum ex
Barbof. Collect. Tom. II.

causa meritorum, fortè quia dominum à morte, vel ab hostibus liberant, quod non possit ex causa ingrati tudinis illius concessio reuocari tradunt Tiraq. ubi supra, num. 15. Roland. consil. 5. num. 14. vol. 1. & consil. 76. num. 21. vol. 2. & consil. 13. num. 27. in fine, vol. 3. Curt. iun. in tract. de feudis in 5. part. num. 8. Senfbeck. eodem tract. part. 13. vers. fallit quintò, n. 6. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 64. vers. inferitur 17. C. de bonis matern.

Si impias manus iniecerit. Vel si palo, lapide, aut ferro percussit, in idem est Ordin. Regia Lusitan. lib. 4. tit. 63. §. 2. resoluunt Azor. instit. moral. part. 3. lib. 11. de donation. cap. 8. q. 2. vers. secunda; Molin. disp. 281. vers. secunda; Rebello d. p. 2. lib. 18. q. 9. n. 3. vers. secunda, qui etiam resoluit procedere dummodo mortalis culpa committatur, si namque in patriæ, aut etiam in sui ipsius, vel alterius proximi legitimam defensionem id faceret, aut alia iusta de causa, nequaquam donatio reuocabitur.

Aut sibi atroces iniurias.] Notatur ad hoc, quod donatio reuocatur si donatarius atroci iniuria dona-
torem affecerit, de quo Molina disp. 281. vers. prima est. Azorius d. lib. 11. de donat. cap. 8. quest. 2. vers. prima causa. Rebello d. quest. 9. num. 3. vers. prima. Vnde donatarius committens stuprum cum vidua vxore donatoris intra annum luctus, priuatur donatio-
ne, ex Ignat. del Villar. in respons. lib. 1. respons. 14. num. 14.

Arbitrio iudicis relinquatur iudicandum quæ dica-
tur atrox, gravis & inhonesta iniuria. Vide Gomez. tom. 3. var. c. 6. n. 1. & 2. Perez l. 27. gloss. palabra, tit. 19. lib. 8. Ordin. Menoch. de arbit. casu 263. Molina, & Rebello ubi proxime. Gregor. l. 10. verbo palabra, tit. 4. p. 5. Clar. §. iniuria, n. 1. cum seqq. Plac. de delictis, lib. 1. c. 6. n. 3.

Sen graue rerum suarum damnum.] Notatur ad hoc, quod donatio reuocari potest si donatarius notabile detrimentum donantis bonis inferat, in idem est Ordin. Regia Lusitan. lib. 4. tit. 63. §. 3. resoluunt Molin. disp. 281. vers. tertia est. Azor. d. lib. 11. de donat. c. 84. quest. 2. vers. tertia; Rebello d. part. 2. lib. 18. q. 9. num. 2. vers. tertia.

Vel vita periculum.] Notatur ad hoc, quod donatio reuocari potest si donatarius vitæ periculum dona-
tori fuerit machinatus, vt per Azor. d. quest. 2. vers. quarta; Molina disp. 281. vers. quarta; Rebello d. quest. 9. num. 3. vers. quarta; Ordin. Regia Lusitan. disp. tit. 63. §. 4.

Non extenditur ad successores.] Notatur ad hoc, quod ius reuocandi donationem ob ingrati tudinem non transit ad heredes donantis, in idem est l. ult. C. de reuocandis donat. Ordin. Regia Lusitan. d. tit. 63. §. 9. & apud Castellanos leg. 10. tit. 4. p. 5. Bellacomb. tom. 2. communium opinion. lib. 8. tit. 28. n. 16. pag. 425. Ioseph. Ludon. Perus. decis. 93. a num. 4. Azeued. ad l. 2. num. 2. tit. 1. lib. 1. noua recopil. Peregrin. de iure fisci, lib. 8. tit. 8. num. 12. Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 3. n. 2. D. Barbof. in l. 2. in princip. part. 1. a num. 127. & in l. si ab hostibus, §. fin. num. 12. ff. soluto matrim. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 18. a num. 13. & quest. forens. lib. 1. quest. 20. n. 50. Molina disp. 261. n. 2. Less. de iustit. lib. 2. c. 18. dub. 14. num. 107. Rebello d. quest. 9. num. 7. Azor. d. lib. 22. de donat. cap. 8. quest. 3. Intellige procedere quotiescumque donator ipse sciuit ingrati tudinem, & habuit tempus reuocandi donationem, & non reuocauit, nam tunc etiam heredibus eius non competit ius reuocandi eam, secus verò si ignorauerit donator, vel non habuerit tempus reuocandi, quoniam tunc heredes ipsius donatoris reuocare poterunt, secundum Abb. conf. 3. q. 9. ex n. 6. in fin. vol. 3.

R 2 Tiraq.

Triaq. in l. si unquam, verbo suscepit liberos, num. 215. Anton. Gom. d. c. 4. n. 14. versam adde, Azeved. d. l. 2. n. 2. Matien. ubi supr. n. 7.

24 In gloss. Successores, ibi, vel contra heredes, ac successores donatary. Notatur ad hoc, quod quævis penalis constitutio suos tantum auctores obstringit, nec contra heredes transit, vt per Cald. Pereira de extinct. emphyt. c. 18. n. 15.



De Peculio Clericorum.

TIT. XXV.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Peculium quid sit, & illius appellatione quæ veniant, remissive.
- 3 Peculium dicitur à pecunia quasi pusilla pecunia.
- 4 Peculium definitur vt sit patrimonij portio, quam paterfam. filio, aut seruo seorsum tanquam proprium ipsorum habere permittit.
- 5 Peculium in quatuor species diuidi solet, in profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense.
- 6 Peculium dupliciter accipitur, vel largè & improprè, vel stricte, & propriè.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabara. Ioan. Andr. Barbat. Imol. Anan. Guid. Papa. Butr. Anchar. Panorm. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 101. verso, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 174. verso, Petr. de Rauenn. in compend. iuris Canon. Martin. Melhart. in epitome Decret. fol. 116. verso, Dan. Venat. in analysi method. iur. Pontif. à pag. 447. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratulis ad quinque libros Decret. Lancel. in instit. Canon. Barthol. Carthag. in expos. tit. iuris Canonici, Canis. in summa eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 3. in summa in Decret. omnes sub hoc tit.

- 2 Peculium quid sit, & illius appellatione quæ veniant, vide Sanchi. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 22. n. 2. Fr. Ludou. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. q. 28. art. 8. in princ.
- 3 Peculio.] Dicitur peculium à pecunia quasi pusilla pecunia, vt colligitur ex l. 1. §. peculium, ff. de peculio, & ex l. si chorus, §. 1. ff. de legat. 3. & expressit l. 1. tit. 21. p. 1. Panorm. in hac rubr. n. 1. Vnde cavendum est ab Ildor. lib. 5. etymolog. c. 25. & à Ferrando lib. 2. declarat. c. 10. in fine, dum exillimant quædam gregis, quam patres filijs, vel seruis industriæ exercendæ causa concedebant, nisi velis eos defendere ex eo, quia cum pecunia dicta sit à pecudibus, vel pecoribus, quibus olim ab initio patrimonij præcipue constabant, iuxta text. in cap. 1. q. 3. prolequitur post alios, quos ibi refert, Cald. Pereira in leg. si curatorem, verbo lasis, n. 90. C. de integ. restit. minor. inde peculium si non immediatè, mediatè saltem dictum dici potest, & ita intelligenda sunt quæ in hanc rem tradit Columel. qui lib. 1. inquit in rusticatione, vel antiquissima est ratio pascendi eadem quæ quæstuosissima, propter quod nomina quoque pecunia, & peculij tracta videntur à pecore, &c.
- 4 Peculium autem definitur vt sit patrimonij portio, quam paterfam. filio, aut seruo seorsum tanquam

proprium ipsorum habere permittit, quæ definitio colligitur ex l. 4. & ex l. dispositi, §. peculium, ff. de peculio, explicat Baptista in reper. l. frater à fratre, num. 6. ff. de condit. indebit. Cott. in memorab. verbo peculium, ubi eam tuentur contra calumniam Laurentij Vallæ, qui lib. 6. elegant. c. 40. illam impugnatur, & quidem temere, cum prædicta definitio nitatur auctoritate Pomponij in d. l. 4. & Vlpiani in d. §. peculium.

In quatuor species diuidi solet, nempe in peculium profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense. Profectitium illud est quod patris contemplatione proficiscitur; aduentitium est quod ex donatione, vel industria, vel alia extranea causa filius acquirit. Castrense verò est illud, quod in castris, vel contemplatione militiæ quæsitum est. Tandem quasi castrense est illud quod filius ex scientia, vel ex officiis publicis comparauit. Ita huiusmodi peculium diuidunt Doctores, Bart. & alij in rubr. ff. de peculio, lal. in l. vir. num. 2. de inoffic. testam. Crot. in reper. l. frater in fratre, num. 1. ff. de condit. indebit. Abb. in præsent. rubr. & Imol. num. 3. Nauar. in man. cap. 17. num. 147. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo lasis, num. 90. C. de integ. restit. minor.

Dupliciter tamen accipitur peculium, vel largè, & propriè; primo modo sumptum plura significat, vt videre est per gloss. in rub. ff. de peculio, inter quæ potissimum significat cuiuslibet patrimonium, & eius qui è potestate patris, vel dominica liberatus est, vt in l. cogi 16. ff. ad Trebell. & in hac significatione sæpe capi testatur Abb. num. 1. Imol. num. 1. & alij in hac rub. ubi etiam in hoc sensu accipitur. Secundo verò modo propriè & stricte solum significat eam portionem patrimonij, quam pater filio, vel seruo vt proprium habere permittit, iuxta definitionem ipsius peculij, de qua supra, & in hoc sensu accipitur in tit. ff. de pecul.

Clericorum.] Qui autem veniant eorum appellatione, latè dixi de appellatiua verborum vtrinque iuris signif. appell. §. 1. per tot.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæsitum à rectore Ecclesiæ tempore promotionis nihil habente, præsumitur de bonis Ecclesiæ acquisitum, & n. 2.
- 2 Bona acquisita ex redditibus Ecclesiasticis regulariter non sunt beneficiatorum, sed ad Ecclesiæ pertinent.
- 3 Bona quæ beneficiarius emit etiam suo proprio nomine pecunia, siue ex beneficij fructibus, ipso iure Ecclesiæ debentur.

CAP. Inuestigandum. I.

Ex Concil. Arelat.

Beneficiatus emens prædia si non habebat patrimonium tempore assumpti beneficii, præsumitur emississe de bonis Ecclesiæ, ac proinde Ecclesiastici iuris sunt. Colliguntur ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabara. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Hostien. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontific. pag. 213. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 447. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. refertur à Burchard. lib. 31 Decret. cap. 118. & ab Iuon. part. 3. cap. 94. qui tribuunt Concil. Remensi, & ab Anton. Augustin. collect. 11.